

Q. B. V.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA
De

VERNIS
IN LIBERTATEM
VINDICATIS,

Quam

Ex suffragio Amplissime Facultatis Philo-
soph. in Regia Finlandiae Universitate,
Sub Umbone

Maxime Reverendi atque Amplissimi

Dn. ISAACI BJÖRKLUNDI
Sac. L. L. Prof. Ord.

PRO GRADU MAGISTERII

ejusq; Privilegiis obtinendis, publica ven-
tilationi committit

CHRISTIAN J. WELIN.

Bor. Fin.

In Auditorio Maximo, ad diem, si
Deo visum fuerit, XV. Junii Anni
MDCCLXXXII.

ABOÆ, Exc. R. Ac. Typ. Joh. Kiämpe.

Plurimum Reverendo atque Doctissimo
Domino

Dn. ANDREÆ PACCHALENIO,
Pastori ecclesiarum, quæ Deo in Ruoveli
colliguntur, meritissimo, ut Fautori &
evergetæ optimo, ita avunculi loco o-
mni officiorum genere ætatem colendo.

Consulto atque Prudentissimo VIRO

Dn. HENRICO BUNGH/
Curiaë Raumoënsis Consiliario æquillimo,
Fautori atque Nutritio indulgentissimo,
quovis honoris & officii genere pro-
sequendo.

Spectabili atque Prudentissimo VIRO

Dn. ABRAHAMO LUFVEEN,
Prædiorum Inspectori accuratissimo, ut
antehac Nutritio liberalissimo, ita nunc
Fautori ac Benefactori perpetim
colendo.

I*N grati animi tesseram, presentem hanc*
sacram es-

Auctor &

*Perquam Reverendo atque Doctissimo
Domino*

Dn. JOSEPHO SCHNEIDERI
Ecclesiæ Raumoëntis vice Pastori laudatis-
simo, Fautori ac amico grata mente
honorando.

VIRO Reverendo atque Doctissimo

Dn. GABRIELI WELIN,
Sacellano in Lufvia dignissimo, Fratram
suo carissimo.

Spectabili atque Prudentissimo VIRO

Dn. ABRAHAMO SONCK,
Mercatori Civitatis Raumoëntis laudatis-
simo, Fautori atque Nutritio multis no-
minibus honorando.


*opellam, honoratissimis vestris nominibus
se voluit.*

Respondens

Applaudissement
a
Mon cher Frere.

Après que vous m'avez communiqué,
que vous voules, pour la seconde fois,
vous preparer aux très grands honneurs
de la Philosophie en publiant votre belle,
& savante dissertation touchant les en-
fans des esclaves, je me suis proposé de
joindre ma felicitacion à votre beau trai-
té, d'autant plus, que vous me felicitates
aussi, quand je mis ma premiere dis-
sertation au jour: ainsi je veux volontiers à
present vous rendre la pareille, & m'acqui-
ser de mon devoir, vous souhaitant con-
tinuellement toute sorte de bonheur, & de
prosperité en votre dessein, & premiere-
ment la couronne de lauriers en e-
schange de votre docte ouvrage.

Jean Welin.



§. I.

Quantum miseriarum
cumulum, quantave
malorum examina,
secunda illa genitrix primo-
rum parentum lapsus puta,
jam inde ab initio in auram
hanc protruserit, & adhuc
quotidie protrudat, dici cer-
te non potest. Lippus enim
& luscus sit oportet qui non
videt, ex hac omnium malo-
rum lerna, velut ex palude
stygia, tot in vitam mortalium
A redun-

redundare incommoda, quos
 sunt in Hercinia flores, in Gar-
 garo ariste: adeo ut quid-
 quid mali in orbe existit, il-
 lud nemo sanus ex hoc fon-
 te profluxisse eat inficias. Le-
 ge enim violata, eo devene-
 runt miseriarum mortales, ut
 ad vitam sibi necessaria, rigo-
 re maledictionis divinæ, non-
 nisi in sudore vultus & ma-
 gna curâ, labore, mutuoq;
 auxilio, ægre acquirere pos-
 sent. Hominibus deinde ma-
 gis magisque auctis, cum cu-
 ra hæc indies intenderetur, &
 terra depravata spinas & in-
 felix lolium plerumque ferret;
 quosdam jugum servitutis, ut
 ne fame vexarentur aut pla-
 ne-

ne interirent, subire coactos esse nemo negabit. Nec causa ulla apparet, cur necessitatis telo urgente, libertati naturali nuncium mittere, seque aliorum arbitrio relinquere *non* possint homines præsertim eiusmodi, qui non satis sufficientibus vitæ præsi- diis instructi, in rerum tantum non omnium inopiâ vitam misere tolerare necessum habent. Licet enim naturâ nulli sint servi: non tamen servitus æqualitati naturali, nec juri naturæ repugnat, sed potius consentanea est rectæ rationi, cum servi hoc pacto sese conservare possint. Quin nec naturæ humanæ adversari existima-

mus, servos in perpetuam
servitutem alicui se posse ad
dicere, quemadmodum ad non
nulla graviora onera.

§. II.

MOris etiam est apud mul-
tas gentes, bello cap-
ptos in perpetuam redigere
servitutem: quod tamen sine
consensu tacito aut expresse,
tantum abest ut fieri possit,
ut pactum, ad quod consen-
sus requiritur, pro fundamen-
to agnoscat. Horum de libe-
ris, ut & illorum, qui titu-
lo emtionis aliorum sub pote-
statem venerunt, perpetuam-
que subierunt servitutem, ve-
xatissima inter Juris Prudentiæ

5
eiae Naturalis Doctores agita-
tur quaestio: quomodo scili-
cet illi Dominis parentum suo-
rum sint obligati, & an illi
etiam per modum accessio-
num, cum illae semper sub-
stantiam & principale suum
sequi soleant, in Dominorum
potestate esse sint censendi.
Quam cum mihi pro viribus
juvenilibus, brevissime, ob
nimiam temporis angustiam,
& fortunae afflictæ conditio-
nem, enodandam susceperim;
Tuam B. L. humanitatem quâ
par est observantiâ sollicito, ve-
lis, quæ Tua est benivolen-
tia, ea, quæ rudi Minerva
in medium proferre poterò,
serena fronte excipere. Sin
autem

autem omnia, quæ adduxero, minus forte polita atque cocta sint, Tuoque palato non arriserint, recordare quæ so, Musarum januas non omnibus æque esse apertas, nec omnibus æquam esse ingenii felicitatem: præterea etiam bonæ mentis sororem paupertatem non parum me retardasse, quo minus ad interiora Musarum adyta hætenus pervenire potuerim. Hoc si impetravero, in maxima felicitatis meæ parte semper ponam.

§. III.

OMnium itaque primo vexatissimam & intricatam hanc quæstionem, in qua enucleanda plurimi subactæ erudi-

rudi

eruditionis & ingenii viri desu-
 darunt, discutiendam ita pro-
 ponimus: *Utrum liberi perpe-
 tuorum servorum, potissimum
 bello captorum, aut emtionis no-
 mine in alienam potestatem de-
 venientium, parentum suorum
 vitæ sustentatoribus, perfecte,
 ita ut ipsi quoque in servitu-
 tem ab illis asseri possint; an
 vero ad præstandum gratum a-
 nimum duntaxat, obligati sunt?*
 Profitemur ingenue, vix tam
 pro Helena certatum esse à
 Græcis, quam pro quæstione
 hac à Juris Prudentiæ Natu-
 ralis Doctoribus, adeo ut con-
 trarias de hac reperire liceat
 sententias, quibusdam illam
 affirmantibus, negantibus aliis.

Piu.

Plurimi, inter quos Puffendorffius, aliique hos Domino parentum perfecte obligari contendunt, variis ducti rationibus, in quibus hæc non ultimum sibi vindicat locum: quod ejusmodi liberi nunquam fuissent nascituri, si Dominus licentia sua uti voluisset, sævitiamque suam in captum jure belli, exercuisset: hinc quoniam Dominus capto perpercerat, illeque vicissim ad quævis opera servilia consenserat, liberos vitam suam illi ob servatos parentes, imputare debere autumant. Præterea ad stabiliendam sententiam, suam argumentum repetunt ab educatione prolis, utpote
 quæ

quæ ex bonis herilibus educatur & sustentatur: quippe quum parens Codro pauperior & Leberide nudior sit, nihilque proprii habeat, quo vitam prolis in diem protrahere posset, adeoque ipsa, nisi Dominus omnia, quæ ad vitam tolerandam necessaria, subministraret, fame conficeretur: hinc cum vitam suam proles, post Deum, Domino debeat, servituti eam obnoxiam esse existimant.

§. IV.

DEinde etiam robur sententiae suae, ex consideratione deplorandi illius status,
in

in quo ejuscemodi infantes, citra herile adminiculum, constituti intelliguntur, conciliare laborant. Nimirum, quandoquidem esurie proles esset interitura, nisi Domini ope & alimentis sustentatae spiritum trahere liceret: hinc si proles illa miseriae suae esset gnara, maturoque polleret judicio, ita ut rerum suarum, pro conditione status sui, debito modo posset satagere, praesumunt illam ultro & libenter in servitutem Domini consensuram, cum quisque non distorti ingenii homo servire & servari malit, quam inedia perire: unde eosdem ad consensum hunc liberorum, pra-

præsumtum tanquam ad sacram
 ancoram contugere, passum
 licet observare. Cumque eun-
 dem consensum, præsumtum,
 parem cum tacito & expre-
 so effectum moralem produ-
 cere posse prætendant: hinc
 quoque nihil obstare posse
 credunt, quominus ejusmodi
 vernæ, vel ex parentibus
 servilibus oriundi liberi, &
 possint & debeant in ean-
 dem cum parentibus servi-
 tutem redigi. Cumque tan-
 dem accessorium ex jure na-
 turali semper suum sequi de-
 beat principale, sive id, cu-
 jus accessorium est, adeo
 ut, si hoc cuiquam jure in-
 possessionem possit vindicari,
 illud

illud etiam eandem rationem subire debeat, magis id adeo quod plerumque principalia Dominis suis aliquo onere constare soleant: rati sunt plerique, liberos illos ex mancipiis susceptos, ut appendices esse considerandos, adeoque ad eum pertinere debere, cuius in eorum parentes fuerit quaesitum, sicque servitutem subterfugere non posse. Et quæ sunt alia hujus commatis argumenta plura, quæ impresentiarum consulto recensere supercedemus.

§. V.

Recensitis jam breviter rationibus eorum, qui ver-

nas in potestate herorum esse contendunt, quæ quidem licet auctoritate & canitie sua sint venerabiles, tamen illis pollicem præbere non audeamus. Quo igitur appareat ratio, quare à tantorum virorum sententia recedimus, primum argumenta eorum, quæ fieri potest brevitate, examinare, atque pro viribus contundere placet. Ad primum quod adinet, quo prolem servilem vitam suam hero imputare debere autumant, ideo quod Dominus jure belli, licentia sua in parentem non sit usus, atque adeo hanc ob causam illam in servitutum jure meritoque redigi posse: sane

fane non video, quomodo hoc sibi constare possit, cum vitam prolis primario neque parentibus, multo minus Domino ad procreationem prolis nullam positivam operam conferenti, quin potius Deo imputari posse autumaverim, ex quo vita & spiritus noster originaliter pendet. Quamvis autem diffitendum non sit, quin accidentaliter & per modum occasionis sine qua non, Domini vitæ parentum parentes, suam quasi symbolam conferant ad vitam futuræ prolis; interim tamen illum concursum non tantum momenti trahere debere putaverim, eumque effectum
 mora-

moralem producere, ut ejus
 intuitu liberi etiam servitutis
 jugo submitti queant. Acce-
 dit & hoc, quod si paren-
 tes, dum capiuntur, ea ad-
 huc essent ætate, ut liberos
 procreare possent, & Domi-
 nus sævitiam suam, jure belli,
 in illos exerceret, tum parili
 ratione liceret querere; num
 liberorum, qui ex illis adhuc
 nasci potuerunt, mors Domi-
 no possit adscribi; vel an Do-
 minus obstrictus sit ad red-
 dendam rationem mortis &
 interitus futuræ prolis, inpri-
 mis ubi bellum fuerit injustum:
 quod si enim vitam, illius oc-
 casione† interentorum paren-
 tum, prolisque futuræ simili-

ter

† servatorum parentum, pariterque in illis
 liberorum, domino velint adscriptam:
 cur non et mortem, illius occasione

ter, acceleratam? Nam contrariorum contraria est ratio. Deinde neque liberorum vitam servatam dici posse crediderim, qui non dum existerunt: non entis enim nullæ sunt affectiones. Præterea ad educationem provocant, quod ex Dominorum bonis educati & enutriti sint. Sed gratis forte. Novimus enim omnes obligatos esse ad præstanda officia humanitatis invicem, quia sine hoc hominum vita manca mutila & misella esset: quidni etiam erga prolem servilem, quum in illis nihil sit quod legis hujus effectum impediatur, & homines sint quemadmodum alii.

Addi-

Addimus adhuc, quod herus
 perfecte obligatus est ad alien-
 dam servilem prolem, utpo-
 te quæ in casu necessitatis
 constituta est, ubi obligatio
 imperfecta mutatur in perfe-
 ctam. Quare autem Dominus
 parentum præ aliis obstrictus
 sit, ratio hæc est: quia quum
 ille commodum ex illis capi-
 at, tunc etiam æquum est,
 ut incommodum exinde in
 illum redundet. Consensum
 tacitum servilis prolis quod
 spectat, non equidem differtor
 fidem tacite vel expresse da-
 ram servandam esse; sed cum
 ille consensus sit duntaxat præ-
 sumtus, prolemque servilem

nunquam in servitutem ita consentire velle probabilius sit, quod ex sequentibus patebit; hinc nec illo argumento quidquam confici putaverim. Argumentum eorum ultimo loco à nobis allatum, in rebus inanimatis, & animalibus irrationalibus tantum procedere existimamus; siquidem æqualitati naturali non parum repugnaret, si homines etiam instar mercium, negotiationis & commercii legibus submitterimus. Si igitur illicitum est homines emtionis titulo sibi acquirere, illicitum etiam censemus, vi ipsius emtionis parentum, liberos tanquam

access-

accessiones, itidem in servitutis statum dejicere velle. Nec procedere existimaverim, si vel ex servis captivis nascantur; cum prægnantes obstent rationes, quo minus eos, ut alia substantiarum accessoria in servitutum Domini redigendos esse, possimus statuere.

§. VI.

REstat jam, ut propositæ brevitatis haud immemores, sententiam, quæ sese nobis præ aliis probavit, paucis indicemus. Cum igitur libertas naturaliter omnibus hominibus

competat, & natura omnes
 sint liberi; iniquum esse cen-
 temus, eos in perpetuam
 servitutem velle redigere,
 quos tamen natura liberos et
 se voluit. Nec consensum
 servilium liberorum tacitum
 vel præsumtum obstare asseri-
 mus, quem alii tantopere
 jactitant. Nam si illi ratio-
 ne essent præditi, & loque-
 re capaces, non sanè video,
 quare ad perpetuam servitu-
 tem sese addicerent, eam
 ob causam, ut dominus pa-
 rentum, quæ ipsis ad vitam
 necessaria sunt, præberet,
 quum, in casu summæ ne-
 cessitatis constituti, perfecte

ea ab hero exigere possent. Scilicet igitur essent, & mentis vix compotes, si præsumi possent eligere id, quod libertatem eorum naturalem pervertit, propter alimentorum subministrationem, quum dominus ad præstanda ea jure perfecto obligatus sit. Nam ubi jus perfectum est exigendi, ibi quoque est obligatio perfecta præstandi. Alia autem ratio est parentum jam adultorum, consensu sive tacito, sive expresso conditionem servilem adprobantium, quum indigentia eorum non eadem plane necessitatis momenta admittat. Cum igitur
 tam.

tantum absit, ut consensus
 liberorum in servitutem sit
 probabilis, ut potius contra-
 rium de illis possit colligi:
 concludimus ex his, illos, ob
 beneficia à Dominis paren-
 tum suorum in eos profecta,
 ad animum tantum gratum,
 non vero ad subeundam ser-
 vitutem, obligatos esse,
 cum etiam humanitas jubeat,
 ut semper cogitemus eos et-
 iam homines esse: præsertim
 vero mitiorem conditionem
 promereri, qui ex ejusmo-
 di servis sunt nati, cum præ-
 ter suam culpam in hunc
 statum devenerint. Conf.
 Bud. elem. phil. pract. sect.
 XII, §. 5. §. VII.

§. VII.

Esset quidem heic amplif-
 sima nobis occasio dis-
 quirendi, de liberis qui ex
 patre seruo & matre libera,
 contra matre serua & patre
 libero nascuntur, ut & num-
 vendi possint; verum cum
 hæc facile ex antecedentibus
 possint decidi, & opusculum
 hoc ultra modum exerce-
 ret, filum scriptionis ulteri-
 us non producimus; B. L.
 iterum iterumque rogantes,
 ut hæc humanitatis & beni-
 volentiæ patrocinium inveni-
 ant. De cetero Summum
 Numen calidissimis defatiga-
 re non intermittimus precie-
 bus;

bus, velit Augustissimum
 Regem nostrum Fridericum,
 aeterna tua clementia prote-
 gere, & perenni incolumi-
 tate quam diutissime beare,
 in patriæ solacium dulcissimum.

S. D. G.

